



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581


Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 1. Altercationes redintegratæ circa Pii V. Bullam contra Bajum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)



HISTORIAE ECCLESIASTICAE CONTINUATÆ **LIBER. CLXXV.**

GREGORIUS XIII PONTIFEX MAXIMUS,
RUDOLPHUS II. OCCID. IMP.

§. I.

*Altercationes redintegratae circa Pii V.
Bullam contra Bajum.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1579.

*Op. Baji
t. 2. p. 205.*

Cum Baji fautores subdole obtentus quærerent, ut Pii V. diploma per viam minus legitimam extortum fuisse, vulgo persuaderent, hinc Doctores Religionis studio magis animati ejusmodi suspicionem tanquam injuriam sancto huic Pontifici illatam abominabantur, quapropter suarum partium esse censebant, ut Hispaniae Regem exorarent, quatenus ipse Gregorius XIII. Papam ad decidendam hanc controversiam, necnon ad confirmandam Prædecessoris sui Bullam sollicitaret. Id quoque eorum desideriis datum; quippe Philippus II., necnon quidam Lovanienses Doctores datis Romam li-

teris

teris Pontificem urgebant, ut aliud Sæcul XVI.
diploma, quo prius confirmaretur, ede- A.C.1579.
ret: porro horum preces Pater
Franciscus Toletus Jesuita, qui tum
Romæ agebat, sua etiam auctoritate,
& opera promovit: Bajus vero rerum,
quæ gererentur, haud ignarus suarum
opinionum apologiam jam olim Pio V.
transmissam, nunc vero auctam, ac
recognitam ad summum Pontificem di-
rexit: nihilominus Gregorius XIII. di-
ploma petitum edidit die vigesima octa-
va Januarii Anno Domini millesimo
quingentesimo septuagesimo nono his
verbis conceptum.

§. II.

*Gregorii XIII. Bulla pro confir-
mando Pii V. diplomate contra
Bajum.*

„Gregorius Episcopus, Servus ser-
„vorum Dei, ad futuram rei me- *Bajanis*
„moriam. Provisionis nostræ debet *pag. 151.*
„provenire subsidio, ut ea, quæ a
„Prædecessoribus nostris emanarunt,
„suadente maxime fidei Catholicæ con-
„servatione, ubicunque ipsis opus est,
„producantur, quare nos tenoremi Li-
„terarum felicis recordationis Pii Pa-
„pæ V. Prædecessoris nostri in ejus Re-
„gistro repertum describi, & præsen-
„tibus annotari fecimus, qui talis est.

Ii 2

Pius